MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS III: 1.5. 1.7.)
Melk, 1458 Seite 229r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift



hacharias memoria dni interpretat. quia
memoriam antique observacionis a
dno date figurat. Pugillaris appellat
l' graphius uel tabella. que pugno po
test includi. Apertum est autem ilico os eius
et loquebatur benedicens deum. Et factus
est timor super omnes uicinos eorum. Sol
uit fides linguam quam incredulitas liga
uerat. Allegorice iohis natiuitas gre
noui testamenti est. inchoata sublimi
tas. Vocabulum iohis hoc est gre dei
mr uerbis. pater lris intimauit. quia lex
et prophecia cum psalmis gratiam xpi pre
dicant. Pulchre hacharias octaua die
plus edite loquitur. quia per dnm resurreccio
nem octaua die factam sacerdocij legalis
archana patuerunt. Et super omnia mon
tana uidee diuulgabantur omnia uerba
hec. Et posuerunt omnes qui audierant
in corde suo dicentes. Quis putas
puer iste erit? Etenim manus dni erat
cum illo. Precurrencia signa prebent
iter precursori ueritatis. Vnde qui audierit
excitati miraculo. et timore stupefacti.
tacite euentum rei prestolantes dicunt.
Quis putas puer iste erit? Manus
dni filius eius intelligitur. ut in ysaia.
Omnia hec manus dni fecit. Aliter ue
ro manus dni flagellum eius accipitur. ut in
sophonia Extendam manum meam super iu
dam. Vnde et iob. Manus dni tetigit me.
Hic autem manus dni potestas eius intelligitur.
de qua in ieremia Sicut lutum in manu
figuli. ita uos in manu mea domus
israel. Et hacharias pater eius impletus
est spiritu sancto et prophetauit dicens. Benedic
tus dns deus israel. quia uisitauit et fe
cit redempcionem plebis sue. Quod
hacharias proxime faciendum cognoue
rat. prophetico more quasi iam factum

narrat. Nam que prophetantur secundum
tempus futura sunt. sed secundum sciam prophetantis
pro factis habenda. Visitauit inquit plebem
suam. quasi longa infirmitate tabes
centem. et redemit eam sanguine filij sui.
sub peccato uenditam. Suam dicit. non
quod ueniens suam inuenit. sed quia
uisitando suam fecit. Cui simile illud
est in fine prouerbiorum. Mulierem fortem
quis inueniet. Non inuenit mulierem
i. ecclam fortem. sed sibi eam despon
sando reddit fortem. Et erexit cornu
salutis nobis. in domo dauid pueri
sui. Cornu dicit firmam celsitudinem.
quia cornu est firmum. et excedit carnem.
cum omnia ossa carne tegantur. Vocatur
itaque cornu salutis regnum saluatoris.
quo mundus et gaudia carnis superatur.
In cuius figuram dauid et salomon cor
nu olei in regni gloriam sunt consecrati.
Sic locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt pro
phetarum eius. A seculo id est ab inicio
seculi. quia tota ueteris testamenti scriptura per
prophetiam de xpo precessit. et a tempore a
de sancti patres suis quoque factis eius dispen
sacioni testimonium reddunt. Salutem
ex inimicis nris. et de manu omnium
qui oderunt nos. Explanat quod dixerat.
erexit cornu salutis nobis. i. erexit nobis
salutem ex inimicis nris. id est de potestate
omnium qui oderunt nos. siue sint in mundi
spiritus. siue per uersi homines. Interim spe salui
facti sumus. in futuro re ipsa saluabi
mur. Ad faciendam misericordiam cum patribus
nris. et memorari testamenti sui sancti.
Ius iurandum quod iurauit ad abraham
patrem nrm. daturum se nobis. Vt sine
timore de manu inimicorum nrorum liberati
seruiamus illi. Erexit salutem in domo
dauid. ad faciendam misericordiam nobis cum patribus